

DEDICATORIA.

commiserim: non alienum ab officio meo esse duxi, si in Optica quoque & Physio-
gnomia humana ingenii mei vires pericli-
tarer. Etsi enim ante me Viri præstan-
tissimi & ingeniosissimi, cum quibus pror-
sus nõ sum comparandus, hunc laborem,
non sine summa laude, fructuque maxi-
mo, susceperunt & exantlarunt: impri-
mis vero, Alhazenus, Vitello, Fridericus
Risnerus, & Iohannes Baptista Porta,
quos honoris gratia suo ipsorum merito
nomino, & quorum scriptis plurimum de-
bere fateor: tamen confido me etiam ali-
quid in hoc genere, si non ratione rerum;
saltem ratione methodice dispositionis,
quæ in systemate artis recte concinnando
requiritur, aliquid præstitisse: & sic
viam aliis tum ad prolixiorum & clariorum
rem vtriusque artis tractationem, tum
ad meliorem & faciliorem eiusdem per-
ceptionem ac cognitionem præparasse. Tuæ
vero Illustri Generositati has qualescun-
que lucubrationes meas dedicare & nun-
cupare

):(5

cupare